

I V L I I C L A R I A D L E C T O R E M P R A E F A T I O .



LIBROS sententiarum receptorum en, charissime lector, perfectos, atque absolutos accipe; atque studiorum meorum primiores fructus lata mente suscipias, ac benignis oculis intuearis; futurum enim spero, ut si ipsum perlegere ne despexeris, maximam sis in Practicis congressibus utilitatem percepturus. Quod autem eum nunc solum tibi exhibuerim, illud fuit in causa; nam cum Mantuae agens, quod ex belli turbulenta tempestate, velut in portum confugeram, extremam manum imposuissim, atque in lucem edere constituissem repente mihi allatus est nuncius, me in Mediolanensem Senatum, summo Regis mei beneficio fuisse cooptatum. Qua res fecit, ut ab incepto desisterem. Permagni enim interesse arbitrabar, utrum opus ipsum à iuris tantum perito, an à iuris perito, eodemque Senatore prodiret, à quo propter accessionem dignitatis, nihil nisi summo iudicio, atque arte elaboratum proferri oporteret. Sperabam tamen futurum, ut librum aliquando in manus sumere, eumque expolire, atque absolvere possem. Sed me valde mea fefellit opinio: nam cum primum senatorium coepi munus obire, ita sum causarum, negotiorumque multitudine impeditus, ut nihil haecenus spacij surripere potuerim ad opus ipsum, voti constitueram; diligenter corrigendum, atque emendandum. Herebam itaque, nec quid consilij caperem omninò videbam. Hinc etiam, si liber prorsus supprimeretur, non poteram non moleste ferre, tot annorum à me susceptos labores sine fructu perire: illinc verò, si non emendatus ederetur, verebar, ne cum magna existimationis meae iactura, illud mihi iure obijci posset, quod ipse iurisconsultus non satis consulto fecissem. Placuit igitur, priusquam deliberarem, amicorum iudicium exquirere: nihil enim apud me unquam fuit illorum consilij, aut sanctius, aut religiosius. Itaque paragraphum, qui de Feudis erat conscriptus, in lucem editum ad plerosque viros litterarum scientia insignes, mihi que summa necessitudine coniunctos, perferendum curavi, ut ex eo quasi totius operis gustum preberem, rogaviq; ut quid de eo sentirent, quidue mihi faciendum putarent, amice monerent. Ij omnes responderunt, non indignum sibi librum videri, qui in lucem prodiret, atque non modo animum confirmarunt, sed etiam addiderunt. Quo factum est, ut hanc provinciam, quam antea timens, ac viribus meis diffidens subterfugiebam, nunc tot clarissimis viris hortatoribus, alacri, & prompto animo lubentissime susceperim. Sed cum adeò ipsius voluminis creverit magnitudo, ut non nisi longo temporis intervallo, auctorium locos omnes, qui penè innumerabiles citantur, cum ipsis scriptorum commentarijs conferri posse existimarem, (hoc autem magni referre arbitror, ut omnia fideliter recitentur) idcirco tardius, quam voluissim, totum opus perfeci, & perulgaui. Hoc itaque perfectum habes volumen, quod licet tardum aduenerit, maiori tamen cum emolumento tuo factum est, cum multa accesserint, quae, si elapsis lustris prodijset, in ipso desiderarentur. Lege, manda memoria quaecunque hic perscribuntur, ut & tibi non exiguos honores, & Principi tuo maximum prouentum congeras. Vale.

BARETIUS BARETIUS
AD LECTOREM.



A est animis hominum innata gloriæ cupiditas, ut nè maximos quidem atque inexplicabiles labores pro tantæ beatitudinis acquisitione subterfugiant; non enim vastissimos Oceani sinus perhorrescunt; non Libycas feras pauent; non asperros montium, ac desertorum accessus trepidant, & quod admirabilius est, libenti animo sequissimis gladiatorum ictibus colla subicere non contremiscunt. Quoniam autem non omnibus à celesti, diuinoque Rectore idem hac in re aditus constituitur, cum alijs per tortuosos, ac corporalium exercitationum calliginosos calles, alij verò per planas, atque illustres Scientiarum semitas illuc sit progrediendum; hinc fit, ut vnusquisque pro sua animi propensione ad æternæ famæ lauream arripiendam anhellet. Quod cum Excell. D. Iulio Claro lustris transactis maxima cum felicitate, atque omnino pienè contingerit, quippè qui Opera tanta vtilitate confertas, tanta iuris præstantia circumfusas edidit, ut perfectissimi iurisperiti volumina integra ipsius scriptis connectere non erubuerint, abundantissimam gloriæ messem se reportaturos arbitantes, si decorum, ac venerabile ipsius saltem nomen in suorum librorum superficie enitescere cognoscerent; iniustum esse arbitratus sum absolutum vtrisque & honorem, & decus debitum surripere; quod vtiq; perpetrasset, si non pauca aliquorum scripta suis locis multo cum studio per filium meum seriatim accommodata typis demandare neglexissem, atque vnico actu D. Claro, D. Iohanni Baptistæ Baiardo cum ceteris Addentibus, & denique legali studio operam nauantibus gloriam, honorem, & vtilitatem impiè subtraxissem. Hæc itaque turpissima negligentia nota ne mihi inureretur, qui non alia ducor cupiditate, nisi vt tibi, & prouentum, & fructum in studijs parem (amice Lector) hæc Opera celeberrimi I. C. iam perfecta, atque maxima cum diligentia ab erroribus expurgata tibi porrigo; in quibus illud præcipuè vtilitatis hac prostrata editione annexere curavi, vt Iulij Clari scripta in locum textus, ceterorum verò Addentium dicta in modum glossæ per singulas quasq; paginas ita disposuerim, vt siue sententiam Clari desideres, siue Baiardi, aliorumque Auctorum opinionem exoptes, omnia vnico intuitu dignoscere possis. Deus faxit, vt huius voluminis adminiculo talem te præbeas iudiciorum prolatores, reorumque defensorem, quales hi omnes integerrimi patres extiterunt. Vale, & cum oraueris, memor esto mei, cui commodum tuum nunquam excidit à memoria.

INDEX RERVM NOTABILIVM
LOCVPLETISSIMVS

In Practicam Ciuilem.

IVLII CLARI ALEXANDRINI

Iurisperiti Clarissimi.

A Sed quid si Ecclesia. *Alienatio rerum hæredis an possit per testatorem prohiberi. §. testam. q. 71. nu. 2.*
Alienatio legitimæ an possit per testatorem prohiberi, eodem §. q. 73. nu. 1.
Alienatio rei emphyt. prohibita est domino irrequisito. §. emphyt. q. 13. nu. 1.
Alienatio rei emph. in potentiorè prohibita est, eo §. q. 22. nu. 1.
Ex Additionibus.
Alienatio quid proprie dicatur. lib. 4. §. Feud. 31. nu. 5.
Alienatio vbi permilla est, ibi & hæredis institutio permilla censetur. ibid. q. 40. nu. 4.
Alienatione prohibita, id etiam prohibendum videtur, ex quo sequi alienatio potest. ibi. q. 35. num. 14.
Alienatione prohibita, non censetur prohibita alienatio necessaria. §. emph. q. 15. nu. 6.
Alimenta debentur illi, qui aliquo casu dominus est futurus, lib. 4. §. feudum q. 23. nu. 5.
Alimenta renunciari non potest. lib. 4. §. Don. q. 19. nu. 7.
Ex Claro.
Annus ad petendum inuestituram quando incipiat currere vasallo, §. feudum q. 43. nu. 3.
Et an curat impuberi, ibi. nu. 4. Et quid in femina. ibid.
Et an minor restituatur aduersus lapsum huius anni. ibi. nu. 5.
Et an hoc tempus currat vasallo non possidenti feudum, vide infra, Vasallus.
Et an possit mora purgari, ibi, & seq. nu. 9.
Appellatio in causa feudi, ad que deuoluitur, §. feud. q. 90. nu. 11.
Appellationum tempora, quomodo currant in causis feudalibus, eod. §. q. 91. num. 1.
Ex Additionibus.
Appellatio à sententia lata, quatenus tendat ad rescindendam sententiam, lib. 3. §. Test. q. 43. num. 2.
Ex Claro.
Arbores fructiferas incidere nõ licet emphyteutæ. §. emph. q. 26. num. 2.
Argumentum de feudo ad emphyteut. an valeat. §. feud. q. 3. vers. & hæc quidem.
Argumentum de feudo ad emph. & è contra, an valeat. §. emph. q. 10. num. 1.
Augmentum contingens in re emph. ad quem pertineat, §. emph. q. 41. nu. 1.
Ex Additionibus.
Augmentum omne indistinctè ad emph. pertinet, lib. 4. §. emph. q. 41. nu. 1.
Auhen. Ingressi, C. de sacrosanct. eccles. intellectus, lib. 3. §. testam. q. 28. nu. 14.
Auctores, qui concludunt, testamentum quoad originem, & inuentionem, iuris genium, quoad formam verò, iuris ciuilibis esse. eod. lib. & §. q. 2. nu. 2.
Auctores recensentur, qui statuunt, testamentum iuri ciuili ad scribendum. ibi. nu. 1.
Auctores, qui de iuramento priuileg. scripserunt, ibi. q. 15. nu. 1.
Ex Claro.
Annus an possit instituere nepotem legitimum, natum ex filio spurio. §. test. q. 32. nu. 1.
B
Ex Additionibus.
Annus vocabulum vnde, & quid sit, item qui banniti dicantur, remissiuè. lib. 3. §. test. q. 19. nu. 2.
Annus quatenus testari possit. ibi. nu. 1. & quatenus hæreditatem ex testam. capere possit.